

Serritioq; premet Reges gentesq; rebelles,
 Quin manes imos penitus sua sub juga mittet,
 Mittet et inferni Regem sub Tartaranigra.
 Compositis bellis placidam terrarq; maniq;
 Illis temporibus ducebant secula pacem.
 Scilicet Augustus, rerum cui summa potestas,
 Romani Imperii Dominus, mundiq; Monarcha,
 Quo non major erat, populos in pace regebat.
 Ergo suas Regnator opes, viresq; subacti
 Imperii, exhaustasq; armis civilibus urbes
 Nosse cupit, censum instituit totumq; per orbem
 Describi populos late, numerumq; referri
 Cunctorum ad sese capitum mandavit; in urbem
 Quisq; suam tendit, genus ut nomenq; referret.
 Audito hoc Senior, cui credita virgo, Iosephus
 Carpit iter, comitem sese addit foeta Maria:
 Et tandem veniunt, sanctâ comitante cuberoâ
 Aligerum ad veteris dulcissima moenia Bethles.
 Tumq; innupta manens, et virginitatis amorem
 Intemerata colens, sub luminis edidit auras
 Flamme conceptum sancto sanctissima virgo,
 Quem Christum Graeci, Iesum cognomine dicunt
 Abramida, sancti quem prædixere Propheta,
 Ac expectarunt quem per tot secula Patres.
 Pumpsitur interea stellantis regia caeli,
 Aligeni iuvenes, qui clarâ luce refulgent,
 Nuncia lata ferunt, hominum generisq; caduco
 Gratantur, nec non lato sic ore loquuntur.
 Mortales revocate animas, moestumq; timorem